

521.

1266 d. 13 Oct.

Lybeck.

Päfl. Legaten, Card. Guinos tillstånd för Ärke-Biskopen i Upsala och Biskopen i Linköping att efter omständigheterna mildra straffen, som enligt Skenninge stadga blifvit prester ådömde.

A. 3. b. 1: 1.

Venerabilibus in christo patribus dei gracia . . Vbsalensi archiepiscopo et lincopensi episcopo frater Guido Miseracione diuina tt. sancti laurencii in lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus salutem in domino ihesu christo Olim felicis recordationis dominus Guillelmus, episcopus sabinensis et apostolice sedis Legatus ad correptionem et reformationem ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum de regno swethie quedam statuta dignoscitur edidisse - contra transgressores ipsorum certas penas apponens in quas non obseruantes uel in contrarium uenientes decreuit incidere ipso facto. Verum quia presentis temporis infirmitas districte censure rigiditatem non patitur & plerumque propter humanam debilitatem contingit ut quod propter remedium est statutum in laqueum et periculum conuertatur discrecioni uestre qua fungimur auctoritate committimus ut statutis memoratis in suo robore duraturis Circa penas appositas possitis moderamen congruum adhibere ac ipsas in alias minus periculosas et magis portabiles prout saluti animarum expedire uideritis commutare datum. Lubeke. III. ydus Octobris. Pontificatus. domini clementis pape IIII:ti anno secundo.

Sigillet finnes, men prägeln förderfvad.

522.

1266 d. 16 Oct.

Lagmannen öfver Tiohärad KARL INGEBORGSSONS intyg om ett hemmansbyte mellan Abboten NILS och Munkarne i Nydala, samt Verendsboen ÅKE i Stuccaboth, hvilken mot detta hemman samt hans gårdar uti Lenhofda erhöll en del af Sunderby uti Njuding med melangift.

A. 3. x. 1: 40.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. K. filius Jngibýrgis dictus legifer decem prouinciarum salutem in omnium saluatore. Gestarum rerum ueritas apud mortales longitudine temporum & obliuionis nubilo deperiret. si non eam scriptorum memoria perhennaret. Jnnotescat ergo presentibus & post futuris quod viri religiosi Abbas & conuentus monachorum Noueuallis concambium possessionum fecerint cum viro quodam Acone verendense de stuccaboth dantes eidem pro toto predio quod habebat ibidem & pro prediis ipsius in Linhofd que wlgariter dicuntur bol. predium quoddam in Nýdungia de mansione que vocatur sunderbý sepibus & clausuris siue terminis legaliter circumscriptum. superaddentes nichilominus ei pecuniam numeratam in